Incipit liber magni luminaris (?) [illegible] medicinalis [illegible] [illegible]

13

Dixit aggregator huius operis: postquam ego collegi librum hunc magnum in medicinis compositis, qui est liber magni luminaris, quem nominavi librum servitoris, et complevi libros suos omnes secundum voluntatem meam, inveni in multis ex illis compositis libri huius medicinas multas simplices que indigent preparatione ante horam necessitatis magna cura, quemadmodum sunt res ex quibus fiunt (?) et medicinas (?) ... et ablutio et combustio aliquarum ex eis et discretio que ex eis bona sunt et que non bona, et alia secundum hanc formationem. Vidi ergo aggregare omne quod necessarium est in hac rememoratione mea, et ordinavi librum hunc in tres tractatus. Primus eorum est de preparatione lapidum et mineralium sicut est de ablutione eris (?) et de adustione et rectificatione ipsorum sicut marchasita et antimonium et calamita et calcantum et species aluminis et species salis et plumbum et ferrum et es et cohol et scoria argenti et scoria auri. Et est de ablutione thutie et talch et de sublimatione argenti vivi et arsenici et de medicinis preciosis (?) et pilulis (?) et de opere medicinarum acutarum et de opere cerusse et de preparatione istorum omnium et de declaratione bonitatis (?) nutrimentorum (?) ipsorum.

Tractatus secundus est de preparatione radicum plantarum et de opere expressionis succorum ipsarum et qualiter extrahuntur [illegible] laganes (?) et [illegible] seminum et medulle [illegible] et de ablutione olei et preparatione feculis (?) eius et de ablutione olei et preparatione aceti squillitici et de distillatione aque ipsius squille et de assatione eius et de distillatione aque camphore et de operatione amili ex frumento et ordeo et [illegible] et de ablutione coralli et karabe et de operatione medicinarum acutarum et lasatiuarum (?) sicut de scamonea et colloquintida et turbith et mezereon et anacardi et [illegible] et squilla et species eius et ad sciendum tempus quo debet colligi herbe necessarie (?) et qualiter debet fieri que colliguntur ex radicibus et floribus et oleis ~~[illegible]~~ similibus.

Tractatus tertius est de preparatione medicinarum sumptarum ex animalibus sicut de adustione conchiliarum et ostrearum (?) et cornuum et [illegible] et ungularum et ossium et de adustione cancrorum fluvialium (?) et de adustione [illegible] et de adustione [illegible] et scorpionum [illegible] et leporum et serpentium et hirundinum et de modo colligendi sanguinem ex animalibus [illegible] et de [illegible] cere et de confectione urine [illegible] et qualiter fit [illegible] ex ~~foliis~~ [illegible] et qualiter colligitur fel [illegible] ad necessitatem [illegible] et cognitione istorum omnium que sunt bona et que non bona ex eis. De ablutione litargiri et adustione et electione boni ex eo.

Tractatus de primo tractatu [illegible] ablutionis litargiri et adustionis ipsius et electione boni et non boni ex eo. Species litargiri multe sunt ex

[illegible] Prima capitulum (?)